

Cuius Bullae Imperialis tenor sequitur. et est talis ut sequitur.

In Noe Dni Mureu

Venceslaus Dni gratia Romanorum Rex semper Augustus
et Bohemiae Rex

Nobili et Egregio Militi ac legum Doctori seu Magistro
Comiti Palatino Bonifacio, nato q.^m Nobili Massii
de Luppi de Monte Falco, Consiliario no. dilecto ac eius
Fratribus in d. gratiam suam et omne bonum.

Quamvis Imperialem magnificentiam cum sole deceat
quotidie lucere et iugiter aliqua agere quae Imperij no. et
gloriae populi attollat; illud tamen thesauris eius apponitur
p. qd. personis providis literis et sacrae legum scientia et morum
honestate praeditis honor impenditur. Et digna meritorum
praemia tribuuntur.

Summe consideratis multiplicibus proinde tuae meritis et gratiis
tuae fidelitatis obsequiis quibus Maiestati no. continuato
Studio ac indefesso studij sollicitudine reddere te dispositum
ac laudabilis et virtuosissimi exercitationibus, quibus in gubernan-
do Provincia, Regionis, Civitatis et loca hinc inde in partibus
no. ac fac. Rom. Ecc. ^{no.} jurisdictioni subiectis cum omni
sollicitudine et puritate ac alij tum legalis tui Magistratus
tum probitatis tuae Personae in nonnullis virtuosissimis et probis-
simis actibus continuae studij gratiosius adveniens et hoc

inductum de benignitate Augustalis Clementiae, dignis et tui causa
vros cupientes honoribus insigniri.

De Bonifacium, Baldum, Nerium et Johannem fratres, vestra
prima primae nature et civitas nobilitate non obstante, ducte
nupti nobilitamus et vos ac vrum quemlibet, et vros successores
et totum vrum genus in num et consortio Egregiorum aggregamus
ac nos Sac. Rom. Imperii Comites Palatinos facimus, creamus
et ordinamus ex vrae nupti plenitudine potestatis et ex
certa scientia, cum omnibus honoribus, dignitatibus, jurisdictionibus,
juribus, privilegiis, gradibus, libertatibus, officiis, gages, salariis, stipen-
diis et cum universis et singulis utilitatibus, emolumentis et comodis,
quae et quas caeteri nri Sacri Imperii Comites Palatini de
jure vel consuetudine aut facto habere, exercere et percipere
quomolibet consueverunt.

Vosq et vrum quemlibet ac vros successores huic Palatinorum
Comitum num et consortio aggregamus, vosq de d. dignitate
ac vros haeredit et vobis et vrum quemlibet, descendentes
per lineam masculinam per lit. investimus, dantes et
concedentes vobis et eis haereditibus vris eadem Imperiali nostra
auctoritate plena et certa scientia potestatem et omnimo-
dam facultatem creandi Tabelliones seu Notarios Publicos
et Judices Ordinarios ubique locorum ac per totum sacrum
Romanum Imperium, qui idonei sint et Litteraturae sufficienter
reperi cum plena potestate ad Tabellionatus et Judicatus officium

pertinente, recepto ab ipso prius secundum formam infrascriptorum Capitulorum debito iuramento:

- " In iuribus ad sancta dei Evangelia de cetero fidelem esse
- " sacrosanctae Romanae Ecclesiae, et sacro Imperio, praeque
- " Imperatoribus canonice inductibus; scripturas vero in formam
- " publicam redigendas in Membranis, et non cartis nisi neque
- " papiris conscribere; et in causis Ecclesiarum, Hospitalium,
- " Viduarum et Orphanorum suis requirere ac eis favorabilis,
- " ut benignus subditorum ac iudicatus officium perpetuo
- " sine fraude exercitis, nil addeps vel minuens malitiose vel
- " fraudolenter quod alteri Contra hancium prodesse valeat
- " vel obesse:

Eandemque Auctoritatem Vobis et haeredibus praefatis ex certa scientia largimur et damus plenissimam potestatem: universos et singulos illegitimos et ex quocumque incestuoso et damnato coitu genitos, naturales natos aut spurios seu manseros vel alio quovis odioso coitu productos: legitimandi et ad legitima de legitime natorum iura, Successores, honores, dignitates et officia quemlibet reducendi et habitandi, ipsique super defectu natalium dispensationis beneficium impendendi; Ita quod tales ex dispensationis et legitimacionis beneficio: in bonis, iuribus et rebus mobilibus et immobilibus paternis et maternis, agnatorum vel Cognatorum ex Testamento, vel ab integris nec nun Feudaliter Allodialiter, et aliis

quibuscumque succedere valeant, objectioni prolii illicitae pro-
prietatis quiescente; ac pro legitimis habeantur veluti qui
ex vero et legitimo matrimonio sunt producti, lege aliqua
generali vel speciali non obstante. Et ea praesertim quae
legitimam spuriam aut illegitima seu ex quovis non permisso
Coitu natos, nisi ex certa scientia, non permittit; tummodo
tamen legitimatio antedicta per Vos vel aliquam Vestram
concepta seu data in legitima ex voce naturae debita,
Legitimi Filii non praesudicet.

Insuper Vobis, tamquam Nostris et sacri Imperii Fidelibus
dilectis, favores et gratias tanto amplius cupientes impendere,
quanto Nos id cognoscimus evidenter meminisse, Vos dictisque
haeredes Vestros et omnia bona vestra iusto titulo acquisita
et quae acquisiveritis in futurum et quae tenetis et posside-
tis et in posterum possidebitis, Vos et ipsi sub Nostra et Imperii
sacra protectione recipimus speciali Vobis dictisque Vestris
haeredibus plenarie concedentes et ubicumque locorum et per
totum Romanum Imperium volueritis et magis Vobis placue-
rit emere, valeatis et acquirere iusto titulo bona tam mobilia
quam immobilia tam Feuda quam Allodia et generis
cuiuscumque et a quacumque persona cuiuscumque Status
vel conditionis existat et possessiones quascumque ad Vos
devolutas iusto titulo providere ac super ipsi proprietate Vestris
Bonis confirmare et aedificare tam Castra quam Fortalitia
Molendina et Domos ac de ipsi Bonis et Vassallos facere

et Fideles acquirere sine alicuius contradictione, iuxta vestre
beneplacitum voluntatis; et in illis Castellis, Castellis et Locis
praedictis vobis et cuilibet vestrum et successoribus, ut
permittitur, eorum liceat Monetas cudere et cudi facere
auream vel argenteam sub vera sculptura, et in illis,
ut permittitur, vobis et vestrum cuilibet liceat exercere
mercum et mixtum Imperium et gladii potestatem et animam
versivorem omnimodam, non obstantibus aliquibus legibus com-
muniibus vel municipalibus aut consuetudinibus Terrarum,
seu privilegiis in contrarium editis, quibus obstantibus vel
obstare volentibus, quam Nos in hac parte de certa scientia
totaliter derogamus:

Volentes et imperantes ut quaecumque instrumenta confice-
rentur super alicuius acquisitionibus quas Nos vel vestrum
haeredes iusto titulo facerent, non obstante quod Gabella
non esset soluta, seu iuxta alicuius loci consuetudinem registra-
ta, dum tamen alia vera sunt, plenam et perfectam obine-
re debeant plenam roboris firmitatem et de talibus facere
in iudicio vel extra iudicium plenam fidem decernentes
quod vel dicti vestri haeredes et omnia bona huiusmodi
acquisita et acquirenda cum per Nos quam per dictos
haeredes Nobis et sacro Romano Imperio a qualibet singu-
lari persona et ab oneribus quibuscumque occurrentibus
tamquam realibus et personalibus atque mixtis et generis
uniuscuiusque et vassalli similis antefacti generis uniuscuiusque

De Vapalli similis antefacti quantum ad illud tantum quod
de propriis vestris bonis seu dictorum heredum vestrorum eas
possidendi, contingere. Quare quoque ab Imperialibus oneribus quae
Nos vel successores Nostri Romani Imperatores et Reges rite impone-
rent Decretis nostris Imperialibus, totali sunt exempta, de quibus
omnibus et singulis bonis praesentibus et futuris quantum ad omne
et totum id quod de ipsis ad Nos et sacrum Imperium spectare
dignoscitur, Nos vestrosque Haeredes dictorumque vestrorum haere-
dum nomine fidelitatis debitae pro ipsis bonis in manibus vestris,
a te Donifacio auctodito procuratorio nomine tuorum fratrum,
prius praestito juramento, in Nobis secundum liberaliter perpetuo
et invocabiliter investimus de omnibus et in omnibus possessionibus
et bonis vestris praesentibus et futuris ac de vapallis, ac omnibus
personis habitantibus super ipsis possessionibus, castris, fortalibus
seu bonis, vobis vestrisque haereditibus medietatem imperium,
ut praemittimus, plenarie tributent, atque Arma vestra quae
sunt ad figuram unius Castorri Anurri cum Cornibus auratis,
cum pedibus ad similitudinem Cervi, cum unguibus rubris, tibi
et vestrum cuilibet et vestris successoribus confirmamus, de novo
damus ac etiam assignamus.

Nelli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae Nobilitationis,
creationis et ordinationis paginam infringere aut ex quovis causa
remerario contrahere.

Quicumque autem fecerit attemptare praesumpserit indignationem
Nostrae Culminis, et poenam Centum Marcarum Aurei puri,

quam medicam partem Lawrence Regiae Vestrae Erarii seu Fisci,
residuum vero injuriam patientium usibus applicari volumus,
se noverit, totius quoties contrafecerit, irreversibiliter incursum:
praesertim sub Regiae Vestrae Maiestatis sigillo Septuaginta
Litterarum.

Datum Pragae anno Domini 1383. Indictione Sexta, duodecimo
Kalendas Augusti. Regnorum Vestrorum Anno: Bohemiae 21.
Romani vero 8.

In fine antedictae Bullae a tergo in charta replicata est
talis scriptura, prout sumptionem feci:

« Pr. per D. Jodocum Marchionem Moraviae D. Saxovivi ».

In summitate antedictae Bullae etiam a tergo sunt scriptae
talium nomina et litterae

« Pr. D. Benesius de Stat. h. ».

Inferius antedictae Bullae est appensus sigillum Imperiale
supra nominatum.

In Noe Dei. Amen.

Anno Domini a Nativitate eiusdem MCCCLXXXIII Ind. 3. Epore
Ismi in Christo Patri et Domini Vestri Domini Alexandri
Papae VI. die vero XIII Mensis Aprilis.

Ego Ser Nicolaus 9. Morichetti Ser Jacobus de M. Falcone,
publ. Imp. Auct. Not. et Judex ord. p. copia exemplum
sive transcriptum sup. Imp. Bullae: de sua authentica
et originali Bullae Imp. p. Imp. Imperatorij
Venceslai: prout ibi invenit hic de negotio et ad verbum

fideliter sumpsi, copiarum et transumptarum, nil addens, mutans vel
minuens, nisi forte sillabam, ^{trans} vel punctum per errorem et
lappu calami, qd sensum mutet vel variet intellectum et coram
eximium legum Doctorem D. Bernardinum de Anicij de
Cassia (Cassia Spoliti) Honorabil Potestat M^{ris} Falconis,
sedente pro tribunali ad solitum Bancum Junij, positum in
sala Magni Palatii Cois, residentia d. D. Potestatis d. Terrae
M^{ris} Falconis, quod palatium positum est in d. Terrae, juxta
Stileam Magnam d. Cois, viam publicam et domum Serri
Prennati (dicendae d' Enzo Gordiano), et alia latera cum
in Ser Lactantio Ser Jacobi de Senilibus - et Ser Valente
Ser Egidii Jois de M^{re} Falcone, Notarij Publicij: diligenter
auscultavi, et quia d. Transumptum Bullae ptae cum supra
Vua originali Bulla supri Ser. ^{is} Imperatorij concessi in
omnibus et per oia bene concordata invenimus.

Vide supra D. Potestat, ut s. sedens, visa et audita
auscultatione et concordatione ptae cum pta sua originali Bulla,
pntibus Tomaso Jacobi, Bernardino Egidii et Leonardo Partho-
lomasii testibus, ut de caetero d. Transumpto plena adhibeat
fides, suam et cois Terrae M^{ris} Falconis auctoritatem interposuit
pnter et decretum et mandavit mihi Ser Nicolao invito, ut me
subvivere et publicare. Ideo me subscripsi. et publicavi et in
fidem et testimonium praemissorum signum meum apposui cum
praenominatis et inchijs Notarij
Signum meum

Ser Nicolai Not^{is} ptijs; -